livré de ses persécuteurs, d'être appuyé de quelque témoignage de protection qui impose à ses ennemis.

Ce que notre version appelle *imperium tuum*, est dans le texte la *force*; et ce mot est plus clair que celui de la Vulgate, qui ne s'éloigne cependant pas du sens.

On demande quel est ce *signe* que demande le Prophète, et chaque interprète avance sur ce point ses conjectures. Je crois que le Prophète demande simplement d'être protégé d'une manière si visible et si incontestable, que ses ennemis reconnaissent qu'il est sous la sauvegarde du Seigneur.

N. B. Sur le verset 15, 16, dans l'hébreu, le P. Houbigant fait une bonne remarque; il dit qu'on doit traduire, *filium veritatis tuæ*, et non *ancillæ tuæ*, parce que ce psaume regarde J.-C., qui est, *filius veritatis*, *id est, natus ad implendas promissiones à Deo hominibus factas.*

RÉFLEXIONS.

Cette prière du Prophète est pleine d'humilité et de confiance; il est le *serviteur de Dieu*, il est le fils *de sa servante*, et il ne laisse pas d'aspirer à une protection éclatante. Quand on est humble, on peut demander tout au Seigneur; c'est reconnaître sa puissance, sa bonté, sa fidélité.

Ce psaume bien médité est une source de lumière et de consolation, un modèle de la prière la plus parfaite, une instruction très-étendue sur les perfections divines. Saint-Augustin l'applique tout entier à Jésus-Christ; et sous ce point de vue, il contient aussi des vérités très-précieuses.

1. *Filiis Core, Psalmus cantici.* LXXXVI.

Hebr. LXXXVII.

2. Fundamenta ejus in montibus sanctis; diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

3. Gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei.

4. Memor ero Raab et Babylonis, scientium me.

5. Ecce alienigenæ, et Tyrus, et populus Æthiopum, hi fuerunt illic.

6. Numquid Sion dicet: Homo et homo natus est in eà, et ipse fundavit eam Altissimus?

7. Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui fuerunt in eà.

8. Sicut lætantium omnium: Habitatio est in te.

PSAUME LXXXVI.

1. Les fondements de cette cité sont établis sur les saintes montagnes: le Seigneur préfère les portes de Sion à tous les pavillons de Jacob.

2. O cité de Dieu! on a raconté de vous des merveilles.

3. Je me souviendrai de l'Egypte et de Babylone parmi ceux qui me connaissent.

4. *Je dirai*: voilà les Philistins, Tyr et les Ethiopiens; tels et tels ont été (*ou* sont nés) dans ces pays-là.

5. Mais ne dira-t-on pas à Sion: Un homme y est né, et celui-là même est le Très-Haut qui l'a établie?

6. C'est le Seigneur lui-même qui racontera ce fait, quand il fera le dénombrement des peuples et des princes (*ou* dans les écritures des peuples et des princes) qui auront été dans la cité de Dieu.

7. Alors tous ceux qui demeureront en vous, seront comme des gens transportés de joie.

COMMENTARIUM (1).

VERS. 2. — FUNDAMENTA EJUS, Psalmi, cujus in inscriptione facta est mentio. Fundamentum, id est, argumentum hujus Psalmi est de Sione et Moriâ montibus Domino dedicatis et consecratis. Hoc Psalmo institui de illis canere, hic meus est scopus. Ita rabbini. Nostri malunt esse relativum sme antecedente, vel relativum præpositum antecedenti, quod linguæ esse usitatum docet etiam Kimhi pag. 9 primæ partis Michlol. FUNDAMENTA, et principia ejus (Ecclesiæ scilicet, Arnobius, vel Sionis; vel, ex Euthymio, Christi) sunt in sanctis montibus. Inde enim orta est, ut proinde Hierusalem appelletur Ecclesiarum matrix in Liturgiâ D. Jacobi, τῶν ἁγιωτάτων ἡ ἀκρόπολις apud Damascenum lib. 4, c. 13. Quâ notione à Paulo patriarchæ vel etiam Judæi dicuntur radix Ecclesiæ gentium, et radix portans fideles è gentibus. Qui negant *ejus* ad illam posse referri, quòd masculinè in Hebræo enuntietur, unde et græcè αὐτοῦ, non αὐτῆς, nesciunt urbium nomina esse etiam in hâc linguâ masculini generis. Mich. 5, v. 2. Deinde mutatio generis non est rara in Scripturis. Montes autem dixit plurali numero, quoniam non modò mons Sion propter templum erat Deo sacer, sed et Thabor, Hermon, Carmelus, Olivarum, aliique terræ promissionis omnes, quòd universam terram Israel sibi Deus consecràsset. Adde Sionem fuisse bicipitem, ut unum ipsius jugum esset mons Moria propriè, in quo erat templum; alterum Sionis nomen retineret, in quo domus regia, arx et civitas David, qui et longo montium tractu ei esset conjunctus, qui dicebatur Sinai (quod iter est dierum sexdecim, Gal. 4, v. 15). SUPER TABERNACULA JACOB, plusquàm urbes et oppida reliqua Jacob diligit Sionem, quòd illic sit sedes primaria religionis, sedes prophetica et catholica, regia familia, è quâ Christus sit oriturus, et locus sacerdotii; maximè autem quia in Sion radix est Ecclesiæ et fundamentum, dùm in eâ peragetur mysterium redemptionis nostræ, formabitur Ecclesia de Christi latere, Evangelium promulgabitur, instituentur sacramenta, Spiritus sanctus effundetur. Denique, *quia ex Sion exibit lex, et Verbum Domini de Jerusalem.* Isa. 2, 3; Mich. 4, 1 et: *virgam virtutis Christi emittet Dominus ex Sion*, Psal. 109, 2. Alii Sionem simpliciter accipiunt pro Ecclesiâ, et Jacob pro Synagogâ, ut Augustinus. Eam atque adeò ejus vestibula et portas plus diligo quàm omnia tabernacula Jacob, id est, plus quàm universam Mosis Synagogam unquàm dilexerim. Sioni tribuit portas, propter firmitatem Ecclesiæ; tabernacula autem Jacobo, propter Synagogæ mutationem. Theodoretus mysterium sequitur, dùm per *portas* terrenas Ecclesias intelligit, per quas introitur in *Sion*, id est, cœlestem Ecclesiam (1).

VERS. 3.— GLORIOSA DICTA SUNT. Per apostrophen se convertit ad Sionem. Gloriosa et præclara, cœlestia, non terrenà, prædicta sunt de te à divinis vatibus, civitas Dei, i. e., ô Ecclesia è Sione oritura. In Hebræo est synthesis, (verbum) gloriosorum dictum est de te. Per synecdochen intelligit Ecclesiam, quæ in Sione cœpit, indeque per totum orbem est propagata. CIVITAS DEI, in quâ Deus multis modis habitat. In eâ enim erat templum, et in templo arca, Dei sedes in terrâ. Ecclesiæ tam hujus quàm cœlestis typus. Quâ ratione alibi, civitas sanctitatis et sancta. Item quia illic erat primaria divinæ religionis sedes. Rursùm propter divinum cultum, qui præcipuè in eâ exercebatur. Sanctum enim dicitur quod divinis usibus devotum et consecratum est. Sic et vasa sancta, terra sancta, lingua, etc. Aliqui conferunt cum cedris

(1) Persuasum christianis interpretibus est mysticam Hierosolymam, christianam scilicet Ecclesiam, hoc Psalmo describi, et luculentissimum vocationis gentium vaticinium exhiberi. Eò usque audet Eusebius, ut impium esse asserat, de terrenâ Hierosolymâ interpretari. Illud solùm agitur, ut cujus rei occasione causâque exaratus sit, intelligatur. Veteres quidam putavêre, ad ætatem Ezechiæ spectare, post cædem Sennacheribi et Assyriorum. Aiunt alii scriptum esse à Davide, cùm, arcâ à Davide Hierosolymam translatâ, Hierosolyma divini cultûs ac religionis sedes effecta est. Nobis ea sedet opinio, regressum è captivitate spectare, auctoresque habere filios Core, seu paulò antequàm Babylone regrederentur, vel ubi Hierosolymam pervenerunt. Urbis elogium conficiunt, 1° quòd electa à Deo fuerit; 2° quòd ab eo condita, 3° quòd magno indigenarum numero frequentetur; 4° quòd innumeris advenis habitanda sit; 5° quòd illius incolæ felicitate, gaudio ac voluptate perfundantur.

Babylonis nomen, et *Rahab* pro Ægypto usurpatæ, à Davidicâ ætate prorsùs abjudicat. Alienos homines, Ægyptios, Babylonios, Philistinos, Tyrios, Æthiopes mœnibus suis claudere, laus non fuit, quâ Hierosolyma ante captivitatem gloriaretur; summa tunc illius gloria habebatur, nullos advenas admittere, seseque gentium commercio inviolatam tueri. At, solutâ captivitate, ubique apud prophetas oggeritur ingens ethnicorum numerus, qui certatim conventuri erant, ut Deum in templo colerent ac venerarentur. *Erit in novissimis diebus*, inquit Isaias 2, 2, *præparatus mons domûs Domini in vertice montium, et elevabitur super colles; et fluent ad eum omnes gentes; et ibunt populi multi, et dicent: Venite, et ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob.* Zacharias, 8, 20: *Usque quò veniant populi multi, et habitent in civitatibus munitis, et vadant habitatores, unus ad alterum, dicentes: Eamus, et deprecemur faciem Domini, et quæramus Dominum exercituum vadam etiam ego. Et venient populi multi, et gentes robustæ ad quærendum Dominum exercituum in Jerusalem, et deprecandam faciem Domini. Apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, et apprehendent fimbriam viri Judæi, dicentes: Ibimus vobiscum; audivimus enim quoniam Deus vobiscum est.*

Aliis sexcentis in locis iidem prophetæ novam Hierosolymam, solutâ captivitate restaurandam, ita describunt, ut pulcherrima, magnificentissima, ditissima atque amplissima omnium urbs habenda esset: satis magnificas phrases quærere videntur, quibus illius fulgor et pompa commendetur: ubique verò advenarum certatim eò convenientium meminêre. Quòd si horum oraculorum fides planè expleta penès historicos non legitur, illud idcircò evenit, quod Spiritus sanctus aliò etiam spectaverit, alteramque Hierosolymam, Ecclesiam scilicet christianam, et gentium vocationem ad Evangelii fidem describere voluerit.

Censuit Martianæus, hunc majoris Psalmi esse fragmentum, jungique posse cum 47: *Magnus Dominus et laudabilis nimis*, etc., qui in hæc verba desinit: *Hic est Deus, Deus noster in æternum et in sæculum sæculi; ipse reget nos in secula.* At Psalmus iste septimus et quadragesimus integer absolutusque esse videtur, cùm nullâ ex parte hiet, nullaque illius sententia suspensa sit et imperfecta; totus verò ab initio ad finem optimè sibi constat: quamobrem si octogesimus sextus quadragesimo septimo jungatur, vereor ne pannus sit non suæ vesti subsutus, superfluus inutilisque. Quod si admitti velis, id quod nullo negotio ex me impetra-

(Calmet.)

(1) DILIGIT DOMINUS PORTAS SION, hoc est, urbem Hierosolymam: est enim cùm in voce *portas*, tùm in voce *Sion* synecdoche. In portis civitatum fiebant conventus et exercebantur judicia, ut patet ex Deuter. 25, 7, Ruth 4, 11. Sion autem præcipua erat urbis pars. Unde per *portas Sion*, ut præcipuam urbis partem, synecdochicè hoc loco totam urbem oportet intelligere. Sensus hujus versûs hic est: Et si omnia Israelitarum tabernacula, adeòque omnes illorum civitates diligit Deus, dicente Balaam Num. 24, 5: *Quàm pulchra tabernacula tua, Jacob: habitacula tua, Israel!* præcipuo tamen amore prosequitur urbem Hierosolymam. Consonat sententiæ hujus versûs illud Psal. 78, 67 et 68: *Et repulit tabernaculum Joseph, et tribum Ephraim non elegit; sed elegit tribum Juda; montem Sion quem dilexit.* (Muis.)

Dei, id est, divinis et altissimis; ita civitas Dei, divina et ampla, ut cùm Homerus Lacedæmona διαν vocat. Nam Dei nomen exaggerat apud Hebræos. Hic Sela : Orem dignam perpetuâ admiratione!

VERS. 4. et 5. — MEMOR ERO RAAB ET BABYLONIS. Verba Dei de gentium et populorum multorum conversione. Raab Ægyptus, à superbiâ. ALIENIGENÆ, Palæstini, quoniam è Cappadociâ in eas terras irruperant. SCIENTIUM ME, agnoscentium me. Hebraicè, *lidehai*, et Græcè, et in Gallicano Psalt., τοῖς γινώσκουσί με, scientibus me, id est, Apostolis : apud cognoscentes me Apostolos et apostolicos. Commemorabo Apostolis Raab et Babylonem; dicam ut eò pergant ad eas convertendas, et Sioni subjiciendas, Matth. 28, v. 19, Act. 15, v. 2, etc. : *Raab* cognomentum esse Ægypti à gentis superbiâ, consensus est Rabbinorum et Chaldæi, qui hic sic vertit : *Memorare faciam laudes tuas Ægyptios et Babylonios*. Sic infra, Psal. 88, v. 12 : *Contriviisti sicut vulneratum Raab*, id est, Ægyptum, teste R. Abraham et R. David, etsi Sept. et noster Hieronymus appellativè, superbum. Et Isa. 51. v. 9 : *Numquid non tu percussisti Raab*, id est, Ægyptum, iisdem et R. Selomone explanatoribus, ubi etiam noster appellativè, *superbum*

VERS. 5.—HI FUERUNT ILLIC, in eâ Sione et Ecclesiâ, per spiritualem regenerationem. Hebraicè, *ze iullad scham*, singulariter, *hic natus est ibi*; quod multi ad Christum referunt per eclipsim. Ecce Philistini, Tyrii et Æthiopes (accurrent, quia) hic (Christus δεικτικῶς ad intellectum, vel Dominus et Deus, cujus facta est mentio) natus est ibi. Ortus enim Christi in Sione tantarum rerum origo et causa exstitit. Quò fortassè respexit Chald. : *Commemorare faciam laudes tuas Ægyptios, Babylonios, iis qui sciunt te; Palæstinos, et Tyrios cum Æthiopibus. Hic rex iste unctus fuit ibi, vel magnificatus*. Septuaginta putârunt esse synecdochen numeri multò simpliciùs. Hi omnes nati sunt illic; in Ecclesiâ scilicet *renati sunt ex semine incorruptibili per Verbum Dei viventis, et manentis in sæcula*, 1, Petri 1, 23. ALIENIGENÆ, id est, Palæstim, sive Philistini. Septuaginta nomen commune pro proprio, ἀλλοφύλων, videlicet pro Philistinis solent interpretari, ut et alibi, quia illi, inquiunt Theodoretus et Euthymius, vicinam Judææ regionem habitabant, vel potiùs propriam, Judæisque promissam et antiquitùs destinatam, à cujus parte propter peccata excidissent. Sed ratio alia est potior, supra, Psal. 59, 10 : *Fuerunt*, ἐγενήθησαν, nati fuerunt.

VERS. 6. — NUMQUID SION DICET. Sion dativi casus. Numquid Sioni dicet, quilibet scilicet (id est, dicetur, dicent, nam utuntur tertiis impersonaliter, subaudito commodo supposito, ut in Genes. 16, 14 : *Proinde vocavit puteum illum, puteum videntis me*, id est, vocârunt, scilicet homines); numquid, inquam, Sioni dicent multos in ipsius gremio regenerari quotidiè, ac fideles fieri, ipsamque à Deo esse fundatam et stabilitam? Numquid ei quilibet gratulabitur de tot filiorum regeneratione, ac Dei supremi perpetuo in ipsam favore et gratiâ? q. d. : Et crebrò nuntiabitur multos quotidiè nasci, et fieri sibi per baptismum et fidem filios, et se à Domino probè esse fundatam et constitutam, non hominum artificio, vel sapientiâ, ut in æternum permansura sit, nec vetustate, vel oppugnatione delenda; μήτι, numquid, ut in explanatione hujus loci affirmat D. Hieronymus, non μήτηρ, *mater*, ut vulgata Græcorum exemplaria habent, et Græci omnes explanatores. Quanquàm ex Hebræo nihil refert, in quo simpliciter legitur : *Et Sioni dicetur*. Tum Sioni multorum filiorum matri fœcundissimæ, quasi gratulando dicetur, (quòd) vir et vir nati sunt in ipsâ, id est, magni et multi viri in eâ sunt generati, per regenerationem scilicet ex aquâ et Spiritu sancto. HOMO ET HOMO. Pertinent ad sequentia, ne quis priùs *homo* construat cum *dicet*. Hebraicè, *iish veish*, vir et vir, id est, multi (nam illa repetitio multitudinem significat, Kimhi); *multi*, inquam, *insignes viri nati sunt in eâ* (Sione). Aliqui : *Homo et homo*, Judæus et gentilis, uterque videlicet natus est in eâ per baptismum fidemque. Nam in eâ non est distinctio sive disparitas Judæi et Græci. Non video cur fuerit necesse recentioribus vertere *ultsion*, i. e. : *Et de Sione*, non *Sioni*, nisi ut secuti Kimhi, qui prorsùs dormit in hujus Psalmi sensu, longiùs à Septuaginta abscederent. Nam sententia est planissima. Sioni dicetur alium atque alium in eâ esse natum, eamque ab ipso supremo Deo esse conditam. Quotidiè in novis populorum conversionibus talia ei perferentur nuntia. Sioni deferetur quotidiè hos et illos ipsi esse natos, hunc et illum hominem, hunc et illum populum baptismo regeneratum, fidelemque factum, etc. Ut cùm Petri prædicatione ter mille conversi sunt, et renati, Act. 2, v. 41, et mox quinque millia accesserunt, ibid. 4, v. 4, et nunc totus orbis credit, vel toto orbe infiniti.

VERS. 7.—DOMINUS NARRABIT, hoc suppl., sive hanc civitatis Dei præstantiam, hæc superiora dicta, sive hos et illos natos esse in Sion. Tanta dignitas Sionis, tanta multitudo fidelium erit in futurâ Jerusalem, ut solus Dominus, in cujus scientiâ scriptus est omnium credentium numerus, eam narrare vel numerare possit. Hos duos versus, Septuaginta intellexerunt per hyperbaton multò simpliciùs quàm omnes Rabbini, è quibus nihil habeas quod pro certo tibi polliceri possis. Nam ad verb. : *Dominus narrabit*, vel *numerabit inscribere populos, iste natus est ibi, et principes sarim*, per ש sinistrum vel cantores per ש dextrum) *sicut tripudiantium omnium fontes, vel habitationes* (*mehianai*, pro *mahonai*, à radice *hauan*) *in te*. Quod hyperbaton postea sic est ordinandum, ut Septuaginta : Dominus narrabit in scribendo populos et principes, iste natus est ibi. Omnium fontes sunt in te sicut tripudiantium, id est, dùm scribet populos et principes, qui fuerint in eâ (Sione) qui eam allecti fuerint, et in ejus album cooptati, narrabit hæc gloriosa et magnifica, quæ de eâ prædicta sunt. Hanc apud eos orationem panegyricam, quam cecinimus, habebit de civitatis suæ laudibus et excellentiâ, etc. Metaphora à rege, qui conscribit et recenset exercitum. Est enim Ecclesia velut exercitus ex hominibus omnium ordinum et populorum, duce Christo, continentia bella gerens cum Satanâ et Satanæ angelis atque administris. Aben-Ezra : *Sapientes qui nascentur in Sion, in scripto suo numerabit, in numerato habebit et cognoscet*. Possit etiam dici : *In scriptis populorum*, in quibus ipse olim blasphemabatur, narrabit hæc Dominus. Sic Gall. *conter*, significat narrare. Scripturas, et linguas, et libros populorum et principum jam convertit in suam atque Ecclesiæ laudem, eas sibi consecrabit. Nisi malis referre ad sequentia : Narrabit id quod sequitur, videlicet : *Sicut lætantium omnium habitatio est in te*, ô Dei civitas. Narrabit (quòd) *sicut lætantium*, *etc*. Recentiores : *Dominus numerabit, cùm scribet populos* : *Hic natus est ibi*. Sela : Dominus in scribendis populis in suum librum, numerabit electos qui inter eos fuerint. Dominus, cùm in libro vitæ scribet populos, qui convertentur, numerabit eos, et dicet : Hic natus est ibi. Hic scilicet homo, vel populus, ibi (in Sione et Ecclesiâ) est renatus. Hunc reperio in meo catalogo, is mihi nomen dedit. Tot sunt in meo libro. Cognoscet qui sunt membra Ecclesiæ, neque falletur ejus providentia. *Novit Dominus, qui sunt sui*, 2 Tim. 2, 19. Metaphora à pastore qui oves numerat, vel duce, qui conscribit exercitum et recenset milites, vel præceptore qui discipulos habet in nomenclaturâ.

VERS. 8. — SICUT LÆTANTIUM OMNIUM. Epiphonema ad Sionem de ineffabili gaudio piorum in ipsâ commorantium, q. d. : Verè gaudent quicumque in te habitant, effusi sunt lætitiâ, quotquot, ô Sion, te incolunt. In te habitatio est sicut omnium lætantium de reconciliatione, remissione peccatorum, pace conscientiarum, regeneratione et adoptione spirituali in filios, et hæredes Dei, spe venturi seculi. HABITATIO, *mahian*, idem quod *mahon*, habitaculum, habitatio, per vau et iod commutationem. Aliàs fons. Quam notionem qui sequuntur, fontes interpretantur cogitationes metaphoricè, quæ jugiter è corde scaturiunt, fluunt et manant. Non mutatur sententia : omnium cogitationes in te sunt sicut tripudiantium. Recentiores in *mahianai*, putant iod esse affixum, et interpretantur obscurissimè, et fortassè ineptissimè; et cantores sicut tibicines (dicent supp.) : omnes fontes mei in te : id est, ut ipsi quidem aiunt (nam verba eò non nisi violentè trahuntur), cantores, sicut et tibicines, canent tibi in hæc verba, fontes mei, ô Sion, in te sunt, omnes ingenii mei venæ, studia et cogitationes. Alii etiam aliter, magis subtiliter quàm aptè.

NOTES DU PSAUME LXXXVI.

Le titre *Filiis Core, psalmus cantici*, a été expliqué plusieurs fois. C'est un psaume où le son des voix précédait le son des instruments, et dont les chantres étaient les enfants de Coré. Le sujet est plus difficile à bien saisir. C'est un éloge de la sainte cité, à l'occasion peut-être du transport de l'arche, peut-être en conséquence de son rétablissement après le retour de la captivité. Mais le texte est si sublime, qu'il ne paraît pas se borner à ces événements, il est même difficile d'approprier à ces événements tous les versets. Si l'on a en vue l'établissement de l'Eglise chrétienne, toutes les expressions du Prophète se concilieront plus aisément avec ce grand objet. Les saints Pères et la plupart même des interprètes n'ont vu que l'Eglise dans ce psaume.

VERSET 1.

Il n'y a d'autre différence dans l'hébreu que la division en deux versets, et le grec suit aussi cette division.

Les interprètes ont beaucoup raisonné sur ce préambule : *ses fondements sont sur les saintes montagnes*, ou *sur les montagnes de la sainteté*, comme porte le texte. Le Prophète ne parle point de *cité*, il dit, *ses fondements*, comme s'il avait parlé plus haut de cette cité ou de quelque autre chose. La plupart des interprètes s'accordent à penser que le Prophète, occupé intérieurement de la sainte cité, s'élance tout à coup, comme par enthousiasme, vers cet objet qui le transportait de joie, et qu'il s'écrie : *Oui, ses fondements sont établis sur les saintes montagnes*.

Les docteurs juifs ont rapporté le pronom *ejus* au *cantique* qui est dans le titre, en sorte que le sens serait *le fondement de ce cantique* ou *l'objet, la matière de ce cantique est dans les saintes montagnes* où la cité de Dieu est bâtie. Quoique très-peu d'interprètes chrétiens aient adopté cette explication, elle n'est cependant pas dépourvue de vraisemblance. C'est le sens qu'embrasse le P. Houbigant, et il retranche le pronom *ejus*, en sorte que le psaume commence par *Diligit Dominus portas Sion*. Les titres, il est vrai, n'ont, à parler en général, qu'une autorité médiocre, et ne doivent pas toujours être regardés comme faisant partie des psaumes qu'ils annoncent; mais quelques-uns d'entre eux peuvent être exceptés de cette règle, et se lient parfaitement avec le contexte qui est à la suite. Celui-ci pourrait être de ce nombre; et de même encore dans le psaume 115 (*In exitu*), il paraît que le préambule suppose *Alleluia*, qui est ou doit être dans le texte.

Les auteurs des *Principes discutés* évitent la difficulté, en transportant dans leur version le second verset de l'hébreu, et le mettant à la place du premier, en sorte qu'on lit dans leur ouvrage : *L'Eternel a moins d'amour pour les pavillons de Jacob, que pour les portes de Sion qu'il a fondée sur les plus saintes montagnes*. On ne peut leur reprocher cette espèce de licence, puisque le sens du texte est conservé.

Je crois qu'il n'y a point d'autre mystère dans cette expression, *fundamenta ejus*, etc., que l'usage de la langue hébraique, où le relatif se met souvent avant le substantif, comme dans cet exemple des Proverbes (1) : *Postremum ejus lætitiæ* (*scilicet*) *est mæror*. Ainsi dans notre psaume, *ejus* se rapporte à *Sion*; et ce serait une assez bonne raison pour croire qu'originairement il n'y avait, comme dans notre Vulgate, qu'un verset où l'hébreu d'aujourd'hui en distingue deux.

Le Prophète veut donc dire que les fondements de Sion sont établis sur de saintes montagnes, et que le Seigneur a plus d'affection pour cette cité que pour tous les autres pavillons de Jacob. Il fait allusion aux campements du peuple de Dieu dans le désert; chaque tribu avait ses pavillons et campait séparément. Peut-être aussi entend-il toutes les autres villes de la Judée.

Dès ce premier verset, le Prophète indique assez clairement l'Eglise, qui est appelée *montagne de Sion* dans le nouveau Testament, qui est appuyée sur des fondements inébranlables, dont la base est Jésus-Christ même, qui a la prédilection de Dieu au-dessus de la synagogue figurée par les *pavillons de Jacob*. Si ce sens n'est pas fondé dans la lettre, le Prophète dit peu de choses qui nous intéresse. La cité de Sion est détruite, ses fondements sont anéantis, plus de saintes

(1) Prov. 14, 13.

montagnes, plus de pavillons de Jacob, plus de protection de Dieu sur cette terre abandonnée; au lieu que tout s'agrandit en voyant ici l'Eglise de Jésus-Christ substituée avec tant d'avantages à la synagogue.

RÉFLEXIONS.

S. Augustin fait une remarque favorable au sentiment de tout fidèle qui reconnaît l'Eglise dans ce psaume du Prophète. S'il s'agissait, dit-il, uniquement de la Sion terrestre, on ne pourrait pas dire que Dieu la préfère à tous les pavillons de Jacob; car enfin cette cité était un des pavillons de Jacob, puisqu'elle était habitée par les descendants de ce patriarche; quelque distinction que Dieu eût accordée à la tribu de Juda, ou à la ville de Jérusalem près de laquelle était le mont de Sion, c'était toujours une des demeures de la postérité de Jacob. Elle ne pouvait être séparée de cette origine, et les autres tribus ne pouvaient en être exclues. Mais l'Eglise formée des Juifs et des Gentils n'est plus la postérité de Jacob; elle est bien l'héritière de la foi d'Abraham, d'Isaac et de Jacob; mais le sang et la chair n'y ont plus de part, et il ne s'agit plus que d'un peuple tout spirituel établi sur le fondement unique qui est Jésus-Christ. Les apôtres en sont aussi les fondements, mais appuyés eux-mêmes sur Jésus-Christ, la pierre ferme, la pierre angulaire, et l'architecte de cette grande construction qui n'aura son complément que dans le ciel.

Quand une âme fidèle réfléchit sur la cité de Dieu, elle conçoit aisément que tout ce qui s'opère dans l'Eglise, soit pour son établissement, soit pour sa construction, soit pour sa consommation, doit s'opérer aussi dans elle. Elle est appuyée sur Jésus-Christ qu'elle aime uniquement; elle porte aussi sur les apôtres dont les leçons servent à la former, à l'instruire, à lui montrer le rang qu'elle doit tenir dans la céleste Jérusalem. Elle est l'objet des complaisances du Seigneur, quand elle se rend attentive à l'écouter et à lui plaire. *Le royaume de Dieu est au-dedans de vous*, disait Jésus-Christ aux Juifs (1), et l'Apôtre, entrant dans la même pensée, disait aux Romains (2) : *La parole est près de vous, elle est dans votre bouche et dans votre cœur; et c'est cette parole que nous vous annonçons.* C'est par cette parole, bien méditée et bien pratiquée que la sainte cité se construit. Notre malheur est de chercher au loin la gloire, le bonheur, le repos, et nous ne les trouverons jamais que dans notre cœur, s'il est solidement établi sur le fondement unique, qui est Jésus-Christ.

VERSET 2.

On pourrait traduire : *O cité de Dieu! quelles merveilles on a racontées de vous!* Dans l'hébreu on a le pluriel avec le singulier (*gloriosa dictum est de te*) pour *gloriosum quodque dictum est*; c'est une des licences de la langue hébraïque, et les Grecs l'ont imitée.

Le Prophète, voyant en esprit la gloire de la sainte cité, se récrie sur les merveilles qu'on en racontera; ceci convient encore très-peu à la Jérusalem de la Palestine. David (qui très-probablement est l'auteur du psaume), parle de choses futures, et l'on verra bientôt quelles sont ces choses; or, il ne paraît pas que jamais Jérusalem ait été élevée à un si haut degré de gloire. Ce n'est que par l'avantage d'être la patrie du Messie, et la source d'où la vérité est sortie, et s'est répandue dans tout le monde, que des *choses merveilleuses ont pu être racontées d'elle.*

RÉFLEXIONS.

